

*Prædicante Ioanne ante adventum Christi.*

Lectio Actuum Apostolórum

13, 22-26

In diébus illis: Dicébat Paulus:

<sup>22</sup> «Suscitávit Deus pátribus David in regem,  
cui et testimónium pérhibens dixit:  
“Invéni David filium Iesse,  
virum secúndum cor meum,  
qui fáciet omnes voluntátes meas”.

<sup>23</sup> Huius Deus ex sémine secúndum promissiónem  
edúxit Israel salvatórem Iesum,

<sup>24</sup> prædicánte Ioánne ante advéntum eius  
baptísmum pæniténtiæ omni pópulo Israel.

<sup>25</sup> Cum impléret autem Ioánnes cursum suum,  
dicébat:

“Quid me arbitrámini esse?  
Non sum ego;  
sed ecce venit post me,  
cuius non sum dignus calceaménta pedum sólvere”.

<sup>26</sup> Viri fratres,  
filii géneris Abraham  
et qui in vobis timent Deum,  
nobis verbum salútis huius missum est».

Verbum Dómini.